



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Rempublicam tirannicè occupare peccatum est grauißimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

534 Torneamentum.

Torneamentum ( hoc est ludus quo ad ostentationem virium & audaciae milites multi ex condicto conueniunt & congreguntur temere: ita ut saepe mortes hominum inde proueniant ) peccatum esse mortale constat ex admixta pernicie vitae humanae, siue in effectu, siue in periculo frequenti, absque rationabili causa. Vnde tales ibi vel propterea mortui carent Ecclesiastica sepultura, etiam si ad poenitentiam conuersi fuerint: ut canonica iura disponunt.

*Rerum publicarum tirannicè occupare peccatum est grauissimum.*

Tyrannus qua respublica occupatur (vel quantum ad dominum ut contingit iis qui se ut dominos constituunt, siue immediate siue mediante, coacto consensu subditorum. Vel quantum ad effectum modumque regiminis ut contingit iis, qui quamvis veri sint Domini, non querunt publicum bonum sed proprium) est peccatum mortale grauissimum: ut pote contra bonum publicum & tanto peius quanto remotius est à poenitentia. Regnandi siquidem amor tantus est, ut non permittat tyrannum quod ad dominium conuerteri ad poenitentiā, utilis quoq; boni proprii amor raditus, difficilime euelli potest.

Sed nunquid gubernante tyranno (qui scilicet non habet legitimè dominium sed tyrannicè occupat illud) peccent illi qui recurrent ad ipsum pro iustitia? quia inducunt illum ad actum quem non potest licetē exercere.

Respondeatur quod excusantur à peccato inducendi tyrannum ad actum & opus sibi illicitum petentes ab illo iustitiam: quia non petunt actum illicitum, sed iustitiam auctus illius illiciti. Sicut enim luxuria sancte consulitur ut non adulteretur sed fornicetur, hoc est manus malum committat: quia subintelligitur si luxu-

fluxuria uti vis: ita occupatori domini sancte suadetur quod minus male utatur domino illo, constat autem quod minus male vitur qui usurpato dominio vitur in actibus aut operibus aliis iustis, quam si in actibus aut operibus aut etiam omissionibus iniustis & perniciosis Reipublicæ aut particulari personæ viteretur. Eadem ante ratio est de suadente & pentente. Et propterea pie interpretandæ sunt petitiones tam iustitiae quam honestæ gratiae quæ offerantur tyrannis: scilicet si vis, seu ex quo vis detinere & exercere hoc dominium, vtere illo iuste, vtere honeste, vtere pie, vtere ad utilitatem publicam & priuitorum prout deceret dominum. Attestatur quoque hoc esse licitum communis vius omnium qui sub tyrannis & dubiis Dominis degunt: dum absque conscientiæ scrupulo passim omnes ad tyrannos & dubios dominos recurrunt, ac si essent domini. Hoc enim signum est licitum esse hunc ad tyrannos recursum: quia alienum à ratione est, vt omnes (inter quos sunt viri probi) errant, & peccant absque remorsu conscientiæ. Attestatur etiam supradictæ pie interpretationi intentio recurrentium ad tyrannos: constat namq; quod non intendunt ipsis petere: vt tyrannus vtaur tyrannide, vt usurpet aëtum iudicij: quoniā malent vt cederet tyrannidi & iudicio: sed ex quo usurpat sibi dominum ac iudicium, intendunt vt iuste, vt pie utatur usurpato dominio & usurpato iudicio. Et quod intendunt, hoc petunt: ita quod nec intendunt nec petunt aëtum usurpatum, sed qualitatem sanctam in actu usurpato exercendo.

*Vectigal diuersis respectibus dici potest iniquum.*

**V**ectigalia iniqua non solum sunt quæ imponuntur à non habentibus potestate in, vt pote tyranis,